

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Augustini in euangelium secundum Iohannem sermones
CXXIII - Cod. Aug. perg. 47**

Augustinus, Aurelius

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Sermo CVI

[urn:nbn:de:bsz:31-64194](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-64194)

conformes imaginis eius. Hoc dixisse uideatur apostolus, quasi uero quis
quam regulam fidei fideliter intuent. filium dei negaturus est praedest
tinatum. qui eum negare hominem non potest; & te quippe dicitur
non praedestinatus secundum id quod est uerbum dei; de apud deum;
ut quidem praedestinarer, cum iam esset quod erat sine initio.
sine termino sempiternus. Illud autem praedestinatum erat
quod non dum erat, ut sic suam potest fieri & quem ad modum ante
omniatempora praedestinatum erat ut fieret. Quis quis igitur
deum filium praedestinatum negat hunc eundem filium hominis negat.
Sed propter contentiosos & iam hinc audiamus apostolum in suarum
sermonum litterarum; Nam & in prima epistolarum eius est ad roma
nos; & ipsius epistolae principium est ubi legitur. Paulus seruus
ihesu christi uocatus apostolus. testatur in euangelium dei quod ante pro
mi. erat per prophetas suos inscripturis sanctis de filio suo, qui factus
est et semine dauid secundum carnem. qui praedestinatus est
filius dei in uirtute secundum spiritum sanctiificationis & resurrectione mor
tuorum; Secundum hanc ergo praedestinationem & iam clarifi
catus est ante quam mundus esset; ut esset claritas eius & resur
rectione mortuorum apud patrem ad cuius dexteram sedet; cum ergo
uideret illius praedestinate suae clarificationis uenisse iam tem
pus, ut & nunc fieret in resurrectione quod fuerat in praedestinatione
iam factum, orauit dicens; & nunc clarificame tu pater apud te
in ipsum claritate quam habui prius quam mundus esset apud
te; Tam quam dicitur; claritatem quam habui apud te, id est illam
claritatem quam habui apud te in praedestinatione; iam tempus
est ut apud te habeam & iam uiuens in dextera tua; sed quoniam diu
nos tenet huius discussionis. alio quae secuntur sermo
ne tractanda sunt. **INCIPIT SERMO CUI DE EO QUID DICITUR MANIFESTA
UI NOMENTUM HOMINIBUS; USQUE AD ET CREDITO ERIT QUIA TUM ENI**

DE HIS VERBIS DOMINI SI ET IPSE DIGNAVERIT. ^{SIS}
sermone isto disputaturi sumus, quae ita se habent; Oramus festa
ui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo; quod
si de his tantum dicit discipulis cum quibus cenauit & ad quos
antequam orare inciperet tam multa loquutus est. Non pertinet
ad hoc, illam clarificationem siue ut alii interpretati sunt glorifica
tionem; De qua superius loquebatur; qua filius clarificat, uel glori

ficat patrem; quanta est enim uel qualis gloria. duodecim uel undecim
 potius innotuisse mortalibus. Si autem quod ait. manifestaui nomen
 tuum hominibus quos dedisti mihi de mundo. omnes intellegi uo-
 luit & iam qui in eum fuerant credituri. ad eius magnam quae futu-
 ra erat & omnibus gentibus ecclesiam pertinentibus. de qua in psal-
 mo canitur. in ecclesia magna confitebor tibi. Est plane ista clari-
 ficatio qua filius clarificat patrem cum eius nomen notum facit
 omnibus gentibus. & tam multis generationibus hominum. & tale
 hoc est quod ait. manifestaui nomen tuum hominibus quos dedisti
 mihi de mundo. quale illud quod paulo ante dixerat. ego te
 clarificauit super terram. pro tempore futuro & illic & hic prae-
 tertam ponens. sicut qui scire & praedestinatum esse ut id fieret. &
 ideo fuisse sedicens quod erat sine ulla dubitatione factururus. sed de his
 qui iam erant discipuli eius. non de omnibus qui in illum fuerant
 credituri. eum dixisse quod dixit. Manifestaui nomen tuum homi-
 nibus quos dedisti mihi de mundo. Ea quae secuntur. credibiliter
 esse demonstrant; cum enim hoc dixisset adiunxit; tui erant.
 & mihi eos dedisti. & sermonem tuum serua uerunt; nunc cogno-
 uerunt quia omnia quae dedisti mihi absterunt. quia uerba quae
 dedisti mihi dedierunt. & ipsi acceperunt & cognouerunt uere quia ate-
 & u & crediderunt quia tunc misisti. quam quam & haec omnia de
 omnibus futuris fidelibus dici potuerunt specie per se facta. cum ad
 huc essent futura; sed ut de his solum quos tunc habebat discipulis
 hoc loqui intellegatur. illud magis uisum quod paulo post ait.
 Cum essem cum eis ego serua bameos in nomine tuo. quos dedisti
 mihi custodiui & nemo ex his perit nisi filius perditionis. ut scrip-
 tura impleatur. iudam significans qui tradidit eum; & isto quip-
 pe duo denario numero apostolorum solus perit; deinde subiun-
 git; nunc autem ad te uenio; unde manifestum est eum de corporali sua
 dixisse praesentia. cum essem cum eis ego serua bameos. uel ut iam
 cum eis ea praesentia non esset. eodem enim significasse uoluit
 ascensionem suam mox futuram de qua dixit; nunc autem ad te uenio.
 Iturus utique ad deum terram patris. unde uenturus est ad uiuos & mor-
 tuos iudicandos praesentia. itidem corporali secundum fidei
 regulam sanam quae doctrinam; nam praesentia spiritali cum eis
 erat utique futurus post ascensionem suam. & cum tota ecclesia
 sua in hoc mundo usque in consummationem saeculi. non itaque;

r & tae intelleguntur de quibus dixerat. cum essem cum eis ego serua-
bam illos. nisi hi quos in se credentes seruare iam coeperat praesenti-
a corporali. & quos relicturus fuerat absentia corporali. ut eos
cum patre seruare & praesentia spiritali. post uero adiungit & cele-
ros suos ubi dicit. non pro his autem rogo tantum. sed & pro eis qui
creduntur sunt per uerbum eorum in me; ubi mani festus ostendit
quod non de omnibus ad eum pertinentibus superius loquere & ur-
a beo loco ubi ait. manifestauit nomen tuum hominibus quos dedisti
mihi. sed de his tantum qui eum cum illa dicerent & audiebant.
Ab ipso itaque orationis eius exordio ubi subleuatis oculis in caelum
dixit. pater uenit hora. clarifica filium tuum. ut filius tuus clari-
ficet te usque ad illud quod paulo post ait. & nunc clarifica me tu pa-
ter apud te & ipsum claritate quam habui prius quam mun-
dus esset apud te. omnes suos uolebat intellegi. quibus notum faci-
endo patrem clarificat eum; cum enim dixisset. ut filius tuus clari-
ficet te. mox quem admodum id fieri & demonstra uit dicens. sicut
dedisti ei potestatem omnis carnis. ut omne quod dedisti ei d&erit
uitam & eternam; h&c est autem uita & eterna ut cognoscant te solum
uerum dm. & quem misisti ihm xpm; non enim potest cognitio-
ne hominum clarificari pater. nisi & ille cognoscatur per quem da-
nificatur. id est per quem populus innotescit. h&c est glorificatio
patris. quae non circa solos illos apostolos facta est. sed circa om-
nes homines fit. quibus suis membris caput est xps. neque enim de
solis apostolis potest intellegi. sicut dedisti ei potestatem omnis
carnis. ut omne quod dedisti ei d&erit uitam & eternam. Sed itaque
de omnibus quibus in eum credentibus uita aeterna datur; iam nunc
ergo uideamus quid de illis a quibus tunc audiebatur discipulis suis
dicat; manifestauit inquit nomen tuum hominibus quos dedisti
mihi; non ergo nouerant di nomen cum essent iudei. & ubi est quod
legitur. notus in iudea dicitur in istis magnum nomen eius; ergo mani-
festauit nomen tuum hominibus istis quos dedisti mihi de mundo.
qui me audiunt h&c dicentem. non illud nomen tuum quo uocaris
dicitur. sed illud quo uocaris pater meus. quod nomen manifestari sine
ipsius filii manifestatione non potest; nam quod dicitur uni-
uersae creaturae & iam omnibus gentibus antequam in xpm crede-
rent. non omnimodo esse potuit. hoc nomen ignotum. h&c est eni-
uis uere diuinitatis. ut creaturae rationali iam ratione utenti

Non omnino ac poenitur possit abscondi; & ceper enim paucis Inqui-
 bus natura nimium deprauata est. uniuersum genus humanum dñi mun-
 di huius factus auctorem; In hoc ergo quod fecit hunc mundum caelo terra
 q; conspicuum. & antequam Inbuesentur infide xpi. Notus^{enit} omnibus
 gentibus dñi in hoc autem quod non est iniurius suis cum dicit falsis colen-
 dus. notus in uide dñi. in hoc uero quod pater huius xpi per quem tollit
 peccatum mundi. hoc nomen eius prius occultum omnibus; hunc ma-
 nifestauit eis quos dedit ei pater ipse de mundo; sed quomodo manifes-
 tauit. si nondum uenit hora de qua superius dixit. ac. quod uenit &
 hora cum iam non Inprouerbis Inquit loquar uobis. sed palam
 de patre meo adnuntiabo uobis; An uero adnuntiatio manifesta pu-
 tabitur Inprouerbis; Cur ergo dictum est. palam adnuntiabo uobis.
 nisi quia Inprouerbis non est palam. quod autem non pro uerbis occul-
 tatur. sed uerbis manifestatur. procul dubio palam dicitur; quomodo
 ergo manifestauit. quod nondum palam dixit; proinde sic intellegē-
 dum est pro tempore futuro praeteritum positum. quem am modum
 dum illud. omnia quae audiui a patre meo nota uobis feci. quod nondum
 fuerat sed loquebatur quasi futurum. quod immobiliter esse praefixū
 sciebat ut faceret; quid est autem. quos dedisti mihi de mundo. dictū
 est enim de illis quod nondum essent de mundo; sed hoc eis regeneratio
 praestitit. non generatio; quid est & iam quod sequitur. tu erant & mihi
 eos dedisti. An aliquando erant patris. quando non erant unigeniti
 filii eius; & habuit aliquando pater aliquid sine filio. absit; Uerum ita me
 habuit aliquid aliquando dñi filius. quod nondum habuit. idem ipse ho-
 mo filius. quia nondum erat homo factus & matre. quando tamen habe-
 bat uniuersa cum patre. Quapropter quod dixit. tu erant. non se inde
 separauit dñi filius. sine quo nihil unquam pater habuit. sed solus & e tri-
 bute omne quod potest. a quo est ipse qui potest; a quo enim habet ut sit ab
 illo habet ut possit; & simul utrumq; semper habuit. quia numquam
 fuit & non potuit; quocirca quicquid potuit pater. semper cum illo filius
 potuit. qm̄ ille qui numquam fuit & non potuit. numquam sine patre
 fuit. numquam sine illo pater fuit; ac per hoc sicut pater & er-nus.
 omp̄. ita filius co&er-nus. omp̄; & si omp̄. utiq; omnipotens; Idem
 potius uerbum e uerbo In ter pr& amur. si propriae uolumus dicere
 quod a grecis dicitur. PANTA CRATOR. quod nostri non sic In ter prae ta-
 rentur ut omnipotens dicerent. cum sit panto crator omnitenens.
 nisi tantundem ualere sentiant; quid ergo habere eum quam potuit

a&ternus omnitenens. quod non simul habuerit co&ternus omnitenens.
quod itaq; ait. & mihi eos dedisti. hominem se accepisse hanc potesta-
tem ut eos haberet ostendit. qm̄ qui semper omnipotens non semper homo
fuit. quam obrem cum patri potius tribuisse uideatur. ut ab illo eos
accepert. qm̄ & ipso est quicquid est de quo est. & iam ipse sibi eos dedit.
hoc est cum patre dixit homini xpo quod cum patre non est homines
dedit; Deniq; qui hoc loco dicit. tulerant & mihi eos dedisti. iam supe-
rius eisdem discipulis dixerat. Ego uos de mundo elezi. conteratur hic
cogitatio carnalis. atq; dispareat. de mundo sibi a patre dicit filius
dator homines. quibus alio loco dicit. Ego uos de mundo elezi. quos
dicit filius de mundo elezit cum patre. idem ipse homo filius de mundo
eos accepit a patre; non enim pater illos filio dedisset. nisi elezisset;
ac per hoc filius sicut non inde sepe raut patrem quando dixit.
Ego uos de mundo elezi. qm̄ simul eos elezit & pater. si non inde se
sepe raut & quando dixit. tulerant. quia & ipsius filii pariter erant
Nunc autem homo idem ipse filius accepit eos qui non erant ipsius.
quia & formam serui accepit dicit idem quia non erat ipsius. Sequitur
ac dicit. & sermonem tuum seruauerunt; nunc cognouerunt quia om-
nia quae dedisti mihi abstesunt. id est cognouerunt quia abstesum
simul enim pater dedit omnia. cum genuit qui habet & omnia; quia
uerba inquit quae dedisti mihi dedi eis & ipsi acceperunt. id est in-
telligerunt atq; tenuerunt; Tunc enim uerbum accipitur. quan-
do mente percipitur; & cognouerunt inquit uere. quia ecce & uere
diderunt quia tu memisti; & hic subaudiendum est uere; quod enim
dixit. cognouerunt uere. & ponere uoluit adiungendo & crediderunt;
hoc itaq; crediderunt uere. quod cognouerunt uere; idem est ac se
quod est tu memisti; cum ergo dixisset. cognouerunt uere. ne quis
quam putaret. istam cognitionem iam per spem factam non per
fidem. & ponendo. addidit. & crediderunt. ut sub audiamus uere & in-
tellegamus hoc dictum esse. cognouerunt uere. quod est crediderunt
uere. non eodem modo quem significauit paulo ante cum dixit. modo
creditis. uenit hora. & iam uenit. ut dispergamini unus quisq;
in propria & me solum relinquatis. sed crediderunt uere. id est quo
modo credendum est. in concuisse. firme. stabiliter. fortiter. non iam
in propria redituri & xpm̄ relicturi; adhuc ergo discipuli non erant
tales quales eos dicit. uerbis praeteriti temporis. quasi iam essent
praenuntians quales futuri essent. accepto scilicet & spu sco qui eos

sicut promissum est doceret omnia; quem priusquam acciperent quo modo seruaerunt eius sermonem. quod de illis quasi fecerint dixit. quando primus eorum ter eum negauit. cum ex ore eius audisset quid futurum esset homini qui eum coram hominibus negauisset. dedit ergo eis uerba sicut dixit. quae dedit ei pater. sed quando illa non foris in auribus sed intus in cordibus spiritaliter acceperunt. tunc uere acceperunt quia tunc uere cognouerunt. uere autem cognouerunt. quia uere crediderunt. Ipsi autem filio quomodo pater ea uerba dederit quibus uerbis homo poterit explicare. facilius sane quaestio uideatur. si secundum id quod filius est hominis. accepisse a patre illa uerba creditur. quamquam natus ex uirgine quando & quomodo ea didicerit. quis enarrabit. quando & iam ipsam quae de uirgine facta est generationem eius quis enarrabit. si uero secundum id quod est de patre genitus. patrique coaeternus. accepisse a patre ista uerba cogitatur. nihil ibi temporis cogitur. quasi prius fuerit qui ea non habuerit. atque ut haberet quae non habebat accepit. quoniam quid quid deus pater deo filio dedit. gignendo dedit; ita enim dedit filio pater sine quibus filius esse non possit. sicut ei dedit ut esset; nam quomodo aliter uerbo uerba dare aliqua. in quo ineffabiliter dixit omnia; sed iam quae sequuntur alio sunt expectanda sermone.

**INCIPIT SERMO CVII DE EO QUOD DICIT. EGO PRO
EIS ROGO NON PRO MUNDO ROGO USQ. AD ID. ETHAEC
LOQUOR IN MUNDO UT HABEANT GLAUDIUM MEUM
IMPLETUM IN SEMETIPSIS.**

Cum de his quos iam discipulos habebat dominus loqueretur ad patrem. inter alia dixit & iam hoc. Ego pro eis rogo. non pro mundo rogo. sed pro his quos dedisti mihi; mundum uult modo intellegi qui uiuunt secundum concupiscentiam mundi. & non sunt in ea sorte gratiae. ut ab illo eligantur ex mundo. Non itaque pro mundo. sed pro his quos ei pater dedit. rogare se dicit. Per hoc enim quod eos illi pater iam dedit. factum est ut non pertineant ad eum mundum pro quo non rogat. Deinde subiungit. quia tui sunt; neque enim quia pater eos filio dedit. amisit ipse quod dedit. cum adhuc filius sequatur ac dicat. & mea omnia tua sunt & tua mea; ubi satis appareret quomodo unigeniti filii sint omnia quae sunt patris; per hoc utique. quod & iam ipse deus est & de patre patri est natus aequalis. Non quomodo dictum est unum ex duobus filiis. maiori scilicet. Tunc cum esset semper & omnia mea tua sunt; illud enim dictum est. de his omnibus creaturis quae infra creaturam sanctam rationalem sunt. quae